



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Demonstratio instruitur atque de eius qualitate sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

potentia, seu veritatis eius, vt verba ipsa perspicue sonant. Mitto leuiorem aliam aduersariorum rationem. Nempe: de fide esse demonstrari plura de Deo, quæ scientiam eius vel claudunt, vel supponunt, vt prouidentia, & alia, quæ cert. r. artimus: ergo de fide est scientiam Dei, sine quibus illa esse nequeunt, demonstrari. Si verum esset antecedens de his, quæ scientiam Dei euidenter claudunt, teneret consequentia; sed in primis negatur facile aliquid diuinum demonstrari esse de fide: maxime de his, quæ diuinam scientiam formaliter claudant, tamquam prædicatum, ex quo metaphysice coalescant. Id enim de sola prouidentia censent nonnulli, nec patum iudicio aliorum, qui aliter opinantur, imo & suo, præstantur, si probabiliter suadeant. Quod autem ex demonstrationibus aliorum diuinorum, quæ fide monstrari de fide sit, scientiamque diuinam euidenter supponant, euidenter scientia Dei demonstratur, satis non est, vt hæc demonstratio talis esse de fide, credatur. Solum enim immediate reuelata de fide esse posse communiter, ac verofamilior opinio fert.

4. Oppones contra existentiam scientiæ Dei à ratione. Cognito itat formaliter, & metaphysice in physica, & vera emanatione, vel illam essentialiter supponit: est siquidem veritas realis obiecti magis vero realis essentialiter dicit emanationem veram, ac non fictam ab artificibus, seu imaginantibus, vt diximus controu. de Trinit. d. de propriis, & appropriatis personar. q. 2. atqui nullius prædicati diuini communis potest dari vera, ac non ficta emanatio, non solum causalitatis, sed neque originis, vt certum, & dogmaticum est: ergo nullum prædicatum diuinum potest esse cognitio, seu scientia formaliter, sed eminenter, vt summum. Respondetur negando maiorem, scilicet, cognitionem, & scientiam vniuersim, prout etiam increatam continet, vel esse, vel essentialiter supponere veram, & realem physicam emanationem. Ad probationem distinguo maiorem: vera imago realis intentionalis concedo maiorem; realis physica, prout distinguitur contra intentionalem, nego maiorem. Minor de reali physica imagine, vt reali intentionali distinguitur, est vera; prout hanc citam coeert, est falsa: neque aliud ex citato loco de Tuncate, vltione alio nostro colligi potest. In ratione enim formalis expressionis, & representationis intentionalis obiecti sufficienter, & adæquate ratio cognitionis saluatur: licet in creatis etiam procedere actiue à cognoscentis potentia inueniatur. Quia ab alio eis esse non repugnat, sicut prædicato diuino communi repugnat.

5. Rursus maiorem illam primam proximam obiectiōnis probabis: quia intellectio essentia sua est actio, seu actus vitalis: de ratione autem actionis, seu actus vitalis intellectem esse, vt illo se moueat viuens, quod nequit esse, nisi in actus, seu actio à viuente procedat: ergo de ratione cognitionis est à viuente procedere. Distingue minorem de ratione actus vitalis physici, & realis concedo minorem, actus vitalis, licet veri, intentionalis solum (cuiusmodi Dei cognitio est) nego iuxta doctrinam communem à nobis datam de vita duplici, physica, scilicet, & intentionali controu. de anima. Vtraque vero vitæ ratio in cognitione creata inuenitur: ac prouide, & in ea inuenitur à viuente, cuius cognitio est, vera, & realis processio: scio nonnullos loca illa sacre Scripturæ, quibus scientia Dei asseritur de scientia Dei non formali, sed eminentiali explicare. Verbi gratia solutio nequit sustineri obrationes datas cert. 2. n. 5.

6. Secundo malam esse interpretationem iuxta statam regulam interpretandi sacras Scripturas traditam à periculo Tycho, atque ab Augustino, & reliquis Patribus, & scholasticis approbatam: nimirum scripturæ loca, & verba in sua rigoro, & formal: significatione, & propriissimo sensu esse accipienda, ni aliquid inde absurdum contra expressa alia scripturæ testimonia, dogmataue Theologum inferatur: alioqui nullum esset contra hæreticos firmum scripturæ testimonium, quod dubiora eius, & impropria explicatione eludi non posset: ex scientia autem formaliter in Deo asserita, vt proprie scripturæ verba significant, nil absurdum contra scripturam, & bonam Theologiam asseritur: sed necessarium aliquid ad plura scripturæ loca, & dogmata fidei, ac bonæ Theologiæ tuenda. Denique in scriptura duo in re presenti sæpe habentur, vt videmus locis datis. Primum Deum esse causam omnis cognitionis, & scientiæ creatæ: in quo scientia eminentialis,

Christoph. de Orsega, de Deo Vno, Tomus I.

seu eminentet in Deo asseritur. Licet autem ex hac eminentiali scientia Dei formalis non inferretur, vt euidenter inferri ostendimus, nobilior scientia creata; aliis pluribus locis scientia Dei asseritur, vt non solum eminenter, quod primis locis continebatur, sed formalissime scientiam Deo adesse crederemus.



QVÆSTIO III.

An ex prædicato substantiæ spiritualis, seu immaterialis diuino, scientia Dei existentiæ demonstretur.

ANC etiam (vt & similes alias de qualitate probationum, quibus conclusiones Theologicae probantur reflexas questionibus) aliorum potius exemplo, quam iudicio proprio omnino inuiti institutum, vt nō semel monuimus. Vt autem inutilibus, futilibusque pro alterutra parte impugnationibus, solutionibus, & instantiis replicatis semel occurratur, titulus præfixus non de spiritualis prædicato, prout idem, atque immaterialis prædicatum est, solamque negationem corpori importat, aut de spirituali vniuersim, adhuc positum sumpto, prout accidentia spiritualia coeert, dicitque vel impenetrabilitatem, vel independentiam entis positiui à materia. (Hæc enim sine prædicato cognoscitiui saluatur) sed prout substantiæ prædicatum contrahit, atque substantiæ spiritualis genus, siue speciem metaphysice constituit: eo quippe sensu tradita à præcis Doctoribus scientia Dei demonstratio hæc fuit.

CERTAMEN I.

Demonstratio instruitur atque de eius qualitate sententiæ.

1. Sanct. Thom. in 1. d. 35. q. 1. a. 1. & 1. contra g. c. 44. q. 2. de verit. a. 2. & opulc. 3. c. 28. & 35. & 1. p. q. 14. a. 1. præsentem demonstrationem in hunc fere modum proponit. Quo substantiæ magis spirituales, atque à materia abstractæ sunt, eo maiori vi cognoscitiua polleant, & cognitione: atqui Deus substantia summe spiritualis, atque à materia abstracta est: ergo & summa vi cognoscitiua, & cognitione, seu scientia pollebit. Minor, & consequentia euidentes sunt. Maiorem ostendit: quia visentia cognoscitiua, adhuc materialia, magis, quam non cognoscitiua à materia abstrahunt: sunt enim receptiua formarum sine materia, id est obiectorum quoad esse intentionale, quod spirituale quodammodo est, si cum physica eorum entitate comparatur. Vis item cognoscitiua potentia visiva, quia nobilior, perspicaciorque est, magis à materia conditionibus abstrahit in operando. V. g. grauitate alteratione physica, propinquitate, & similibus. Absolute item intellectuum omne abstrahere à materia debere probatur ex eodem S. Th. quia in cognitione fit communicatio obiecti ad cognoscentem, quod illud in se suscipit, tamquam pertinens ad propriam sui perfectionem: quod nequit fieri per communicationem obiecti, secundum esse reale, in quo nequit alteri à se communicari, nec communicari: sed per formam aliquam, ab ipso obiecto distinctam, atque ab his separatam, quæ eiusmodi communicationem impediunt: id quod, nisi à conditionibus materialibus abstrahat cognoscentem, suo quodque perfectionis gradus, fieri minime potest. Siquidem materiale ad formam propriam coarctatur.

2. Idcirco Caietanus, Zamel, Bañez, Machin. Nazár. Ripa, Ferrara, Capr. Carmelitani Salmant. Ioan. à S. Th. d. 16. art. 1. Corneio d. 1. dub. 2. Auerfa scct. 1. discursum demonstrationem reputant: quibus accessere Soares d. 30. mct. scct. 14. & d. 35. scct. 3. num. 18. Hetize 1. p. d. 1. c. 3. Ruiz d. 1. de scientia scct. 3. Noster Deza manuscrip. pro de scientia q. 14. art. 1. Faol. ibi dub. 2. Franc. Amic. X 2 d. 12.

ORTEGA
IN A. pari
D. VIA

